



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Rvperti Ab-||batis Tvitiensis, Svmmi Disertissi=||miq[ue]  
Theologi, sacris du[n]taxat literis omnia probantis, in XII.  
prophetas mino-||res, Commentariorum Libri XXXII**

**Rupert <von Deutz>**

**[Köln], M. D. XXVII.**

**VD16 B 3835**

Rvperti Abbatis Tvitiensis In Zachariam Prophetam Commentariorvm Liber  
Qvintvs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71859)

**RVPERTI ABBATIS**  
**TVITIENSIS IN ZACHARIAM PROPHETAM**  
**COMMENTARIORVM LIBER QVINTVS.**



**M**olens deus (inquit) ostendere iram, & notā facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia, uasa iræ apta in interitū, ut ostenderet diuitias gloriæ suæ, quæ præparauit in gloriam. Huius sermonis uere apostolici reminisci p̄sens prophetiæ textus nos facit, q̄a reuera quales deus esset ostensurus gloriæ suæ diuitias in uasa misericordiæ, magnifica oris prophetici gratia, sp̄s sanctus cecinit, cum in anterioribus tū maxime ab eo quod ait: Exulta satis filia Sion, usq; ad id. Ape- r̄ Libane portas tuas, & quantæ iræ uasa futuri essent Iudæi increduli, significauit ab eo lo- co, usq; ad inclamationē, super brachiū & oculū dextrū pastoris stulti. i. Antichristi. Nimi- r̄ cōgruebat eidē sancto prophetico sp̄i, ut illā quā dicebat uel intendebat exultationē fil- iæ Sion, siue iubilationē filiæ Hierl̄m, denūciaret in hoc seculo nō fore securā, multis pres- suris hominū esse premendā secundū quorundā titulos Psalmorū, qui inscribūtur, pro tor- tularibus, id est, pro tribulatiōibus, q̄bus sancta in hoc mūdo ecclesia premitur, iuxta illud: Omnes qui pie uolunt uiuere in Christo, persecutionē patiuntur. Sequitur ergo. **L**onus uerbi domini super Iſrahel: **B**erit dominus excedens cœlum, & fundans terrā, & fingens spiritum hominis in eo. **E**go ponā Hierusalē superliminare crapulæ om- nibus populis in circuitu, sed & Iudas erit in obsidionē contra Hierusalē. **E**t erit in die illa, ponā Hierusalē lapidē oneris cunctis populis. Omnes qui leuabūt eā concisione lacerabuntur, & colligentur ad eā omnes gentes terre. **S**uperliminare crapulæ quid est, nisi domus saturitatis? Nimirū hoc de illa terrena Hierl̄m nullatenus uera- citer dici potest, aut intelligi, quia postq̄ mercedē supradictā pastoris sui triginta argēteos appendit, miserabile facta est domus famis, nō solūmodo famis audiendi uerbū dei, uerum etiā corporeæ famis, q̄ cogeret matres quoq; carnibus filiorū uesci, iuxta maledictionē legis Moſi dicentis: **O**bdideberis intra portas tuas, & comedes fructus uteri tui, & carnes filiorū tuorū & filiarū tuarū, quas dedit tibi dñs deus tuus, in angustia & uastitate, qua opprimet te hostis tuus. Ergo Hierl̄m hic, sicut & in plerisq; scripturarū locis ecclesiā significat in hoc mundo peregrinantē, quæ q̄ diu peregrinatur, & si nondū re, tamen spe iā est cœlestis Hie- rusalē, & ista est quā posuit dñs supliminare crapulæ, iuxta illud: In loco pascue ibi me collo- cauit, sup aquā refectiōnis educauit me. Crapula namq; nō semp̄ dicitur de malo, cū Psal- mista dicat: **E**t excitatus est tanq̄ dormiens dñs, tanq̄ potens crapulatus à uino. Quare aut̄ pro tota domo hic placet intelligi superliminare, & pro domo saturitatis dicitū esse superli- minare crapulæ? Videlicet quia ubi primū figurata est refectio siue saturitas ecclesiæ, sig- num cōiuij iustum est poni in superliminari, & in utroq; poste, ut uidens dñs sanguinem transcenderet ostiū, & nō sineret percussorē ingredi domos Iſrahel & lādere. Nēpe agnus ille q̄ intus comedebatur, illud significabat. **V**nde Hierl̄m. i. domus siue ecclesia Christi p̄- senti loco superliminare crapulæ uocari meretur. Hoc ab oibus populis in circuitu per sen- titur. Dicit em̄ Ap̄lus: **Q**uia Christi bonus odor sumus deo in omni loco in his qui salui fi- unt, & in his qui pereunt. Alijs quidē odor mortis in mortē, alijs aut̄ odor uitæ in uitā. **Q**ui bus crapula hæc extitit odor mortis in mortē, ipsi obsederunt Hierl̄m. **Q**uid aut̄ est qd̄ con- tinuo dicit, sed & Iudas erit in obsidionē cōtra Hierl̄m? Nimirū id ipsam qd̄ Ap̄lus cū dix- isset, periculis ex genere, periculis ex gentibus &c. Intulit etiā istud, periculis in falsis fratri- bus. Eiusmodi confessores q̄ Christiano noie consentur, & cōfitem̄ se nosse deū, factis autē negant, hoc loco per Iudā, qd̄ interpretatur confessio, recte intelliguntur, qm̄ dicunt esse in obsidionē contra Hierl̄m. **A**t illa, uidelicet Hierl̄m, non est talis, ut facile possit moueri, & omni uento circumferri, hoc est qd̄ ait: **E**t ponā Hierl̄m lapidē oneris cunctis populis, omnes qui leuabūt eā, cōcissione lacerabuntur. **S**imilitudinē hanc de cōsuetudine gentiū assumpsit quæ hmōi erat, ut in uiculis, oppidis, & castellis, rotūdī ponerētur lapides grauiſſimi pōdes- us, ad quos iuuenes se exercere solebāt, & eos pro uarietate uiriū subleuare, aliq; ad ge-  
 q nua, aliq

Ro. 9

Supra. 9

Psal. 2. 20. 83.  
 1. Tim. 2

CA. XII.

Superlimina-  
 re crapulæ, ec-  
 clesia Christi.

Deut. 28.

Psal. 22.

Psal. 77.

Exo. 12.

2. Cor. 2

Per inuidiam  
 falsi fratres  
 designantur.  
 2. Corin. 11

Tit. 1.

Lapis oneris.

nua, alij ad umbilicū, alij ad humeros, & caput, nonnulli sup uertice, erectis iunctisq; manibus, magnitudinē uirū demonstrantes. In arce Atheniensium iuxta simulachrū Mineruē uidi (ait beatus Hieronymus) spherā æneam grauissimi pōderis, quā ego pro imbecillitate corpusculi mouere uix poterā. Cum quærere quid nā sibi uellet, responsum est ab urbis eius cultoribus. Athletarū in illa massa fortitudinē cōprobari, nec prius ad agonē quēq; dē cēdere, q̄ ex eleuatiōe ponderis sciatur: Sensus ergo iste est. Ponā Hierlm. i. ecclesiam sicut lapidē oneris, cuius pōderi cunctorū populorū seu omniū gentiū terrā, q̄ colligūtur aduersus eam, uires nō possunt cōparari quatinus eā agitādo, à fide Chri dispellere, & circūferre queant quo uoluerint, quinimō ipsi qui cōnātur eā agitare, cōcidantur, lacerētur, rūpanē, & anhelo spū discrucietur. In illa die dicit dñs, percutiā omnē equū in stuporē, & asē sozem eius in amentia, & sup domū Juda aperiā oculos meos, & omnē equū populorum percutiā in cecitate. Et duces Juda dicent in corde suo. Confortetur mibi habitatores Hierusalē in domino exercituum, deo eorum. Hoc loco domus Iuda non eodem sensu accipitur, quo supra. Nā illic dictū est: sed & Iudas erit in obsidione contra Hierusalem. Hic aut dicitur, & duces Iuda dicēt in corde suo: cōfortentur mibi habitatores Hierusalem in domino, itemq; & super domum Iuda aperiā oculos meos, quæ uidelicet oculorū apertio, misericordiæ recordatio, gratiæ est effusio. Huius uidelicet Iuda duces, quorū singuli dicent (ait) in corde suo: confortentur habitatores Hierusalem in dño Apostoli fuerunt, & apostolici uiri sunt, quibus magnū fuit, & magnū est desideria, ut habitatores Hierusalem, i. filij ecclesiæ nō deficerent, aut deficiant in tribulationibus, quæ ab omni equo & ascensore eius, i. ab omni potestate hūana, & ab omni superbiēte in altitudine potestatis, inferunt eis. Quos ego percutiā (ait dñs) in stuporē & i amentia, & in cecitate, & ut (ait Ap̄tus) primo Iudæū, deinde Græcū, i. gētilem. Primo nāq; Iudæi amentia & cecitate p̄culli sunt, iuxta prophetiā dicentē: Excæca cor ppli huius, & aures eius aggraua & oculos eius claude &c. Econtra sup domū Iuda aperiā oculos meos, i. donis sancti spūs illustrabo duces, i. Ap̄tos meos. Isti duces in die pentecostes ignei facti sunt, dum in specie ignis spiritū sanctū acceperunt, sicut scriptū est. Et apparuerūt illis dispersitæ linguæ tanq; ignis, sed itq; sup singulos eorū. Sequitur ergo. In die illa ponā duces Juda sicut camentū ignis in lignis, & sicut faciem ignis in fœno, & deuorabūt ad sinistrū & ad dexterā oēs populos in circuitu. I fœnū p̄cā leuiora, ligna peccata grauiora significant. Eiusmodi fœnū & eiusmodi ligna cōsumperūt. Apl̄i in his q̄ cōuersi sunt ad fidē Christi, potestate quā acceperūt ab ip̄o, dicēte illis: Quorū remiseritis peccata, remittūtur eis. Quo cōsumperūt ul' cōsumūt. Sicut ligna camentū ignis, sicut fœnū cōsumit faciem ignis. Exem deus noster spūs sanctus, quē acceperūt, ignis cōsumēs est, unde & cōgruū signū dedit, ut parēdo tanq; ignis & proinde remissio peccatorū, quæ nō ex hoibus, sed ex spū sancto est, retē hic designat p̄ camentū faciēq; ignis, ligna & fœnū cōsumētis populos, i. p̄cā populorū ad dexterā & ad sinistrā, & in circuitu deuorātis. Ad dexterā Iudæus, ad sinistrā Græcus siue gētilis erat, & euāgelizādo in utrāq; partē, p̄dicādo remissionē p̄cōrū p̄ Chri fidē, circuire oportebat, unde et Paulū mūdi circuitorē nōnulli dicebāt. Quid multa? Factū est id quod protin⁹ sequitur. Et habitabitur Hierusalē, rursum in loco suo in Hierusalē, & saluabit dñs tabernacula Iuda sicut in principio, ut non magnifice gloriatur domus Dauid, & gloria habitānium Hierusalē cōtra Judā. Quāuis uniuersitas electorum una sit Hierlm, unus sit Iuda, & una domus Dauid, tñ hoc loco distinctionē Iudæ & Hierusalē siue domus Dauid, scriptura nos quærere cōpellit, & inuenire uel demonstrare, q̄ ubi, et quō domus Dauid et gl̄ia habitānium Hierlm, magnifice cōtra Iudā gloriata sit. Ergo domū Dauid et habitātes Hierlm eos intelligimus, q̄ ex Iudæis in Christū crediderūt, Iudæi autē eos qui ex gētib⁹ conuersi sunt. Nimirū in Actibus Ap̄torū habemus q̄n et quō credētes ex Iudæis, cōtra illos qui ex gētib⁹ crediderūt, magnifice gloriati sunt. Quare (ingunt) introisti ad uiros præputiū habentes, et māducasti cū eis? Introierat em̄ ad Cornelium, et eos qui cum eo erāt, et quī sup eos spūs sanctus ceciderat, iusserat eos baptizari in nomine Iesu Christi. Itemq; descendētes quidā de Iudæa docebāt fratres apud Antiochiam, quā nō cito cūcidamini secūdū morē Moysi non potestis salui fieri, facta est seditio nō minima Paulo & Barnabæ

Duces Iuda, Apostoli.

Roma. 2. Eia. 6.

Actu. 2.

Remissio peccatorū p̄ spm̄ sanctū, qui ē ignis cōsumens.

Iohan. 20. Deut. 4.

Domus Dauid cōtra Iudam quō gloriata est.

Actu. 11.

Actu. 13.

IN ZACHARIAM PROP. CAP. XII Fo. CCXXX.

& Barnabæ aduersum illos. Nonne hoc erat domū Dauid, & habitantes Hierlm cōtra Iu-  
dam, id est, credentes ex circūcisione contra credentes ex præputio magnifice gloriari: Pau-  
lus Apostolus in epistola ad Romanos in eo totus consistit, ut excludant eiusmodi gloria-  
tionē Iudæi, nō per legem factorū, sed p legē fidei, & ecce in hoc cōflictu, non domui Da-  
uid, sed Iudæi, nō Iudæo credenti, sed Græco fideli iustitiā uictoriā concessit. Ait ergo: Et  
saluabit dominus tabernacula Iuda, sicut in principio, id est, ecclesiā confitentū sibi, salua-  
bit, nō per legē factorū, uidelicet circūcisionis & cæremoniarū, sed per legē fidei, per quam  
saluatus est & Abrahā in principio. Quid em̄ scriptura dicit: Credidit Abrahā deo, & re-  
putatū est illi ad iustitiā. Quomō reputata est illi fides ad iustitiā: In circūcisione an̄ in p̄pu-  
tio: Nō in circūcisione, sed in p̄putio, nondū em̄ erat circūcisus. Hoc mō fiet qđ p̄misit: &  
habitabitur Hierlm rursum in loco suo in Hierlm. Hierlm (ingr) habitabitur in Hierlm, id  
est, uniuersitas electorū pacē habebit cū deo, scilicet peccatorū remissionē, quæ pax signifi-  
catur noie Hierlm. Qđ aut dicit rursum, nō nihil attinet ad rē, qđ uidelicet olim habitare cœ-  
perat in illo loco, paradyso deliciaꝝ, uidelicet in Adā, in quo sicut oēs peccauerūt, ita omēs  
iecti sunt, dormierūt in capite oim̄ uiarū, sicut bestia illaqueata, pleni indignatiōe dñi, incre-  
patione dei tui. In die illa proteget domin⁹ habitatores Hierusalē, & erit qui of-  
fensus domini in conspectu eorū. Dies quā hic tā saepe pronūciat, tēpus omne est a res-  
urrexione Chrī usq; ad diē iudicij, q̄ dies erit resurrexiōis uniuersalis. Etem̄ hoc omne tē-  
pus idē dñs apus Esaiā uno eodēq; loco & diē nuncupat, & tēpus dū dicit: Tēpore accepto  
exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Quod Apostolus breuiter exponēs: Ecce nunc (ingr)  
tempus acceptabile, ecce nūc dies salutis. In hoc tēpore, in ista die protegit dñs habitatores  
Hierlm, id est, omne in se credentiū multitudinē, ita nimirū, ut, sicut Aplus dicit: Nulla sit  
distinctio Iudæi & Græci. Nā hoc est quod dicit: & erit qui offenderit ex eis in die illa qua  
si Dauid. Quod ita cōgrue ualet intelligi. Gentilis, qui colendo idola offendit, erit quasi Iu-  
dæus, qui nō nisi unū coluit, unde & sibi confidit, & super Gentilē se extollit, in tantū, ut p-  
lite sedanda, apostolū fortissime disserere, scribendo epistolā ad Romanos, necesse fuerit.  
Nec p̄tereandū, quod sensum Apostoli, ubi cōmemoratis Gentiliū peccatis, conuersus ad  
Iudæam, dicit: In quo iudicas alterū, te ipsum condemnas, eadem em̄ agis quæ iudicas, illū  
(in quā) sensum hic huiuscemodi dictio subtiliter innuit, & erit q̄ offenderit ex eis in die il-  
la quasi Dauid. Nam & Dauid offendit. Igitur (sicut iam dictū est) ut non magnifice glori-  
etur domus Dauid, & gloria habitātium Hierusalē contra Iudā, ita & nunc dicendū, quod  
alter alteri, scilicet Iudæus Gentili non possit præferri, quoniam omnes peccauerunt & e-  
gent gloria dei, & ita Iudæi peccata sicut Gentilis, ita Gentilis peccata remittentur, sicut Iu-  
dæi per fidem Iesu Christi, & hoc est eū, qui offenderit esse quasi Dauid, Dauid sicut eum  
qui offendit. Et ne forte dicas, quid magnū est eū qui offendit esse sicut Dauid, id est, Gen-  
tilē Iudæo p̄ Iesum Christū in gratia coæquari, protinus dicit: Et domus Dauid quasi do-  
mus dei, sicut angelus dñi in cōspectu eorū. Gratulandū igitur est ei qui offendit, qđ sit sicut  
Dauid, i. sicut Iudæus, eiusdē fidei cuius fuit Dauid, quia cōsequenter ipse æque ut ille est,  
quasi domus dei, sicut angelus dñi, ut uidelicet una & uniformis societas angelorū & hoim̄,  
tam Gentilium q̄ Iudæorū una sit domus, una cœlestis Hierusalē, ciuitas dei uiuentis, &  
hoc in cōspectu eorū, id est, in uisiōe qua oēs pariter deū uidebūt. Et erit in die illa, que  
rā contereere oēs gētes, que ueniunt contra Hierusalē. Hoc expositiōe siue alicuius  
suauitatis aut lenitatis interpretatiōe nō indiget, quia uidelicet, & si uerbū hoc interdū misē-  
ricordiā significare potest, tamē nulli dubiū aut ignotū est, quin in illa die iudicij debeat dñs  
cōtereere omnes gentes, quæ ueniūt cōtra Hierusalē, quæ tantū martyꝝ sanguinem sude-  
runt & poenitentia nō egerunt. Sed ante hoc reliquiæ ex Iudæis cōuertedæ sunt. Ait ergo  
Et effundam super domū Dauid & super habitatores Hierusalē, spiritum gra-  
tiæ & precum. Nō quidē modo sunt domus Dauid, siue habitatores Hierlm, quamdiu in  
credali sunt, sed effundendo super reliquias eorū spiritū gratiæ & precū, id est, spiritum re-  
missionis peccatorū, qđ primū & magnū est gratiæ donū, fiet, ut sint domus Dauid, ut sint

Ro. 3. 4.

Gene. 15.  
Ro. 4.

Esa. 5.

Dies illa, rem-  
pus gratiæ, in  
q̄ nos lumus.  
Esa. 49.  
2. Cor. 6.

Roma. 3.

Nō debet Iu-  
dæus gloriari  
contra Gē-  
tilē.  
Rom. 2.

Roma. 3.

COMMENT. RVPER. ABBA. LIB. V.

habitatores Hierlm. Post hoc erit illa dies iudicij, de qua dixit: In die illa quæram cõterere oēs gente, quæ ueniūt cõtra Hierlm. Vnde protinus sequitur. **L** Et aspicient ad me quæ contrixerunt, et placentu placent eū, quasi super unigenitum, et dolebunt super eum ut dolere solet in morte primogeniti. In die illa magnus erit plactus Adremmon in cāpo Maggedo, et plangent terræ familiæ, et familiæ seorsum. Familiæ domus David seorsum, familiæ domus Nathan seorsum, et mulieres eorū seorsum, et mulieres eorū seorsum. Et oēs familiæ reliquæ familiæ et familiæ seorsum, et mulieres eorū seorsum.

Adremmon, urbs.

2. Para. 35.

Planctus super Iosia.

At Adremmon urbs est iuxta Iezrahel, q̄ hoc olim uocabulo nuncupata est, & hodie uocatur Maximianopolis in cāpo Maggedo, in quo Iosias rex iustus à Pharaone, cognomēto Nechao, vulneratus est, super quo lamētatiōes scribit Hieremias, q̄ legūtur in ecclesia, & scripsisse eū testat liber Paralipomenon. Sed nunqd quādo fiet qd̄ hic loquitur, & aspiciet ad me quæ cõfixerūt, & placentu plangent quasi super unigenitū, nunqd (inquā) nō maior plactus erit, q̄ fuit pro morte Iosia regis iusti? Fuerit quide planctus ille grādis & sapiēter dispositus, ut familia domus David, familia regalis: & familia domus Nathan, q̄ propheta fuerit: & familia domus Leui, ex quo ortū est sacerdotiū: & familia domus Semei, ex q̄ doctōrū agmina pullularūt, & reliquæ familiæ, quas, quia nō habebāt aliquod priuilegiū dignitatis, uniuersas absq; nomine cõprehendit, plagerent eū uiri seorsum & mulieres seorsum: uerū planctus illius magnitudo quantacunq; fuerit, nihil ad magnitudinē planctus futuri, quādo ille quæ cõfixerunt, aspiciendus apparebit. Tantūmodo propter aliquantulā firmitudinē hic illius planctus meminit, ut solent interdū res maximæ, ex minimarū rerū similitudine melius intelligi. Minimū fuit, q̄ hoies hominē plangentes, modū uel habitū sui plactus ita deposuerūt, ut singulæ familiæ seorsum, singularūq; familiarū uiri seorsum, et mulieres eorū seorsum, plagerent seorsum: Maximū autē erit, q̄ in illo plactus oēs tribus terre & maxie qui illū cõfixerunt, oēs omnino peccatores & impij, qui pœnitentiam nō egerūt, plangent seorsum, quāuis omnes ad unū congregentur iudicium, omnes ad unū descendant carcerem, id est infernū, omnis aius ab omni animo erit seorsum, multū occupatus apud semet ipsum, nec amicā respiciens nec amicū. Item minimū est quod in hoc seculo plangit mater super unigenitum, uel dolet in morte primogeniti, maximū autē erit quod tunc planget & dolebunt uere primogenitum, uere unigenitum. Quid em̄ d̄ synagoga mater infelix? Vniū genitus dei filius, qui de carne tua natus est, mortuus est tibi, mortuus (inquā) est tibi, nō solum pro eo quod tu illū occidisti, uerū etiam pro eo, quod tu illū resurrexisse nō credis, quod sit uiuus scire non uis, audire non pateris. Et quidem utcūq; est tolerabile malū, ubi mater in hoc seculo morientem amittit filium, quæ habebat unigenitum, quamuis nullū speret sibi nasci alium, sed illud edici non ualet, satis excogitari non potest, q̄ sit infelicissimum amplexisse saluatorem unicū & unigenitum, ita, ut iam nec ipsum liceat sperare nec alium. Sequitur.

CA. XIII.

Recapitulatio.

Sup. 9

**L** In die illa erit fons patens domus David et habitantibus Hierlm, in ablutionem peccatoris et menstruatæ. Et erit in die illa dicit dñs exercituum: **B**isperdā nomina idolorū de terra, et non memorabunt ultra. **I**terū ad superiora tēpora sermo recurrit, qui uidelicet recursus recapitulatio d̄. & frequēs est in scripturis propheticis. Ab eo qd̄ dixerat, tu q̄q; in sanguine testamēti tui emisisti uinctos tuos de lacu, in quo nō est aqua, usq; ad planctū iam dictū sermo processit, eodē ordine quo erant res gerendæ, à passione eiusdē domini usq; ad finē seculi, diemq; uniuersalis iudicij. Nunc ad tēpus recurrit eiusdē domica passiois, & unde loquat dicēs: Tu quoq; in sanguine testamēti tui emisisti uinctos tuos de lacu, inde nūc rursus loquitur in die illa erit fons patens domus David. Quis em̄ ē iste fons domus David, nisi baptismi sacm, qd̄ emanauit de latere filij David patefacto lācea militis? Exiuit em̄ sanguis & aqua. Sanguis, ut redimeremur: aqua, ut renascere mur. Exiit uisq; ad cõsummationē seculi, toto hoc tpe accepto, toto hoc die salutis patens est fons ille domus David, & habitantib⁹ Hierlm, i. Christianæ religioni, et oibus q̄ per fidē habitāt in terra sanctā ecclesiā, In quod opus est illis fons patens: In ablutionē peccatoris & menstruatæ, id est, in remissionē peccatorū credentis ex circūcisione, credentis ex gentilitate, quæ sanguine fluxit à idololatriā. In omnium ablutionem fons patens est, nulli claudendus est. Et notandū q̄ tantū

Fons domus David, baptisimus est. Iohan. 9

tantummodo domui David et habitatibus Hierlm fons patens dicitur et est. Na his qui cōtra domū David & extra Hierlm sunt, nō habēdo fidē, ortus cōclusus est, fons signatus ē. Et bñ cōtinuo sequitur: In die illa dicit dñs exercituū, dispāda noia Idolorū de terra, qā nō me morabunt ultra, qā vcz fluxus Idolatriæ q̄ ē sanguis mēstruatē fonte baptisimi abluit, ita ut noia Idolorū oīa deleātur, nec ultra in eū, in quē scripta fuerāt, memorētur, cū fuerit fonte illo fideliter ablutus. Hinc apud Ezechielē idē dñs dicit: Et effundā sup uos aquā mūdā, & mūdabimini ab oibus inquinamētis uestris, et ab uniuersis Idolis uestris mūdabo uos. Et prophetas & spiritū immundū auferā de terra. Et erit cū pphetauerit quispiā vltra, dicēt ei pater eius & mater eius qui genuerunt eum. Non uiues, qz mendaciū locutus es in noie dñi. Et cōfigent eū pater eius & mater eius, gemitores eius cū pphetauerit. Et erit in die illa, confundentur prophete vniūquique et visione sua cūm pphetauerint, nec operientur pallio sacco ut mentiātur, sed dicet, nō sum propheta, homo agricola ego sum, qm̄ Adam exemplum meū ab adoleſcētia mea. Et dicitur ei: Quid sunt plage iste in medio manū tuarum? Et dicit: His plagatus sum in domo eorum qui diligebāt me, franea suscitare sup pastore meū, & sup virum coherentē mihi dicit dñs exercituū: Percutite pastore, & dispergētur oves. Polcherimā atq; splēdidissimā presentis capituli literā ita tractare Christo intentus cupit animus, ut ei qui tanq; fundamento non minoris res gestæ splendoris superē dicent. Dixerat & erit in die illa fons patēs domui David, & habitatibus Hierusalē, in ablationē peccatoris & menstruatæ, & fontem illum haud dudum de latere suo Chrūs profudit in sua passione. Ergo quoniā et ita terminatur: Percute pastore & dispergētur oves, qz similiter de passione eius dictū esse ipso auctore certū est. Longius ne abeamus, circa eiusdem passionis sacramentū, hæc exponēdo cōmoremur. ¶ Quos ergo tāgit dicēdo: & prophetas & spiritū immundū illis copulat, & qui erāt tēpore illo prophete mali habentes spiritū immundū? Nimirū illi qui malā sibi hanc prophetiā de corde suo pphetauerūt: Quid facietis quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eū sic oēs credūt in eum, & uenient Romani et tollēt nostrū & locū & gentē. Nempe excepto quod præmiserūt, si dimittimus eū sic, totū qd dixerūt, in prophetiā reputatū est illis, ut omnes crederent in eū, illis autē non credentibus, uenirent Romani & tollerent eorum & locum & gentē. Fuerat inter illos unus Caiphas talium prophetarū maximus, qui cum esset pontifex anni illius, auctoritatē habēs ut proloqueretur: Vos (inqt) nescitis quicq; neq; cogitatis, qā expedit uobis, ut unus moriatur homo pro populo, & nō tota gens pereat. Hoc autē (inqt) Euāgelista, à semetipso non dixit, sed cū esset pontifex anni illius pphetauit, qā Iesus moriturus erat pro gente, & nō tantū pro gente, sed ut filios dei qui erāt dispersi congregaret in unū. Eiusmodi prophetas & spiritū immundū, qui nesciens sacramēta dei, talē eis prophetiā inspirat. Auferā (ait) de terra, qā iustū est ut ueniāt Romani, et secūdū timorē, quē sibi finxerūt, illis eueniat. Et erit cū pphetauerit quispiā ultra &c. Propheta magnus de semetipso ultra pphetauit, qā illi & præcipue Caiphas pphetauerūt, qd expedit eū mori, ipse autē pphetauit, quod oportet eum etiā resurgere à mortuis. Hoc ultra fuit, uidelicet ultra prophetiam illorum prophetiam mortis, quia pphetauit prophetiam resurrectionis. Dixit em̄: Soluite tempus hoc, & post triduum excitabo illud. Hoc autē dicebat de templo corporis sui. Cū ergo pphetauerit ultra quispiā, quē nominare nolo, qā non expedit, dicent (inqt) ei pater eius, & mater eius, qui genuerūt eū: Non uiues, qā mendaciū locutus es in noie dñi. Pater eius Iudaicus populus, & mater eius synagoga, qui scdm carnē genuerunt eum, ita dixerunt ei: Cum em̄ aliud non haberēt unde accusarent eū, nouissime submissis duobus falsis testibus istud protulerunt. Hic dixit: Possum destruere templum dei, & in triduo reedificare illud. Cuiusq; principi sacerdotū dicētī. Adiuro te per deū uiuū, ut dicas nobis si tu es Chrūs filius dei, respondisset, tu dixisti, & ammodo uidebitis filiū hoīs sedentē à dextris uirtutis, & uenientē in nubibus cœli, clamauerunt, reus est mortis. Nōne hoc erat dicere: nō uiues, quia locutus es in nomine domini? Et cōfigent eum pater & mater eius, qui genuerūt eum cum pphetauerit. Ut dictum, ita & factum est. Cum pphetauerit, id est, nō ante, sed postq; propositum suæ predicationis tempus impleuerit, tunc demū, quia ante non poterunt, crucifigent

Fons patens.

Cant. 4

Ezech. 36.

Prophetæ mali ut Caiphas. Iohan. 11.

Chrūs pphetauit de seipso ultra.

Iohan. 2.

Matth. 26.



COMMENTA· RVPER· ABBA· LIB· V·

cifigent eū. Hoc (inquā) factū est, quia crucifixerunt eū, non quia mendaciū locutus est, sed quia dixerūt, mendaciū locutus es in nomine dñi, & iccirco nō uiues. Et erit in die illa, cōfundentur prophetae unusquisq; ex uisione sua cū prophetauerint, & hoc itidem factū est, Prophetae illi de quibus iam dictū est, qui dixerūt: Si dimittimus eū sic, omnes credēt in eū, quoz unus dixit: Expedi uobis ut unus moriatur homo pro populo. Ex ipsa uisione sua, ex ipso profundo consilio suo cōfusi sunt, quia miro modo cum nō sit factū qd cogitauerūt, factū est qd dixerūt. Omnes em̄ credēt in eū, & p̄ mortē suā filios dei, qui erant dispersi cōgregauit in unū. Et uenientes Romani locū & gentē eorū tulerunt, non quia dimiserūt eū sic, sed quia non dimiserūt eū sic. Hinc illis confusio magna, nobis autem credentibus honor. Nec operientur (inquit) pallio saccino ut mentiantur, subauditur, ut tunc operi fuerūt qñ saliter, ut iam dictum est, prophetauerunt, prophetando mentientes, mentiendo prophetauerunt. Quomō tunc fuerunt operi pallio saccino? Nimirū sicut hypocritae tristes, imō plusq; hypocritae, plusquam tristes, quia homicidae, quia crudeles, Pauor ille quem coram populo simulauerunt dicendo: Venient Romani, & tollent nostrū & locum & gentē. Dira necessitas illa tam magnū faciendi homicidiū, quā sibi assumpserūt, ad exasperandum populum, & concitandum ne dimitterent eū. Pallium fuit saccinum, quo ita operi sunt simulatores & callidi, ut uiderētur multū inuiti, multūq; coacti, & proinde tristes occidere illum. Sed dicit: Non sum propheta, homo agricola ego sum, quoniam Adam exemplū meū ab adolescentia mea. Et dicitur ei: Quid sunt plagae istae in medio manū tuarū? & dicit: His plagatus sum in domo eorū qui diligebant me. Diligenter permutatio personarū aduertenda est, quia nunc de pluribus prophetis, nūc de uno propheta sermo est. In primis dictū est de pluribus: & prophetas, & spiritū immūdū auferā de terra, statimq; de uno subiuñtū est: & erit cū prophetauerit quispiā ultra. Item de pluribus dictū est, & erit in die illa cōfundētur prophetae, nec operiētur pallio saccino ut mentiātur, statimq; de uno subiuñtū est, sed dicit nō sum ppheta &c. Et hoc sciendū quia plures illos ipsa scriptura redarguit iniquitatis & spūs immūdi. Istū autē unū nō scriptura mēdaciū redarguit, sed patrem & matrem eius dixisse narrat, mendaciū locutus es in nomine dñi. Nunc quid iste dicat, & quid ei dicatur uigilanter audiamus. Sed dicit nō sum propheta, & dicitur ei: quid sunt plagae istae in medio manū tuarū, & dicit: his plagatus sum in domo eorū qui diligebant me. Mirū ualde, sed nō incognitū, qd ille dicit: quē cōfixerunt pater & mater, & dixerūt, nō uiues, quod ille dicit ille loquetur qui mortuus fuit, qd ille dicēs siue loquēs, plagas habebit in medio manuum suarū, & dicit his plagatus sum. Quid hic in litera pphetica deest, nisi qd manifeste dixit ille cōfixus et mortuus resurget, et stans in medio discipulorum suorum dicit. Videte manus meas et pedes meos, siue infer digitū tuum huc, siue manū tuā et cognosce loca clauorum. Nimirū in litera uel tantillum deesse oportebat, nam qd portare posset, quotus tunc erat? Si em̄ Apostoli portare non poterant, anteq; Iesus glorificatus esset. Vnde dicebat illis: Ad huc multa uobis habeo dicere, sed nō potestis portare modo, quāto minus nisi claua et signata fuissent haec et similia portare possent tēpore illo quo haec scripta sunt? Vnde miranda et laudanda spūs sancti sapientia, qui qd necessariū erat quādoq; sciri, taliter locutus est, per os prophetarū, ut uerba eius nō intelligerētur, quādo nō oportebat intelligi. Igitur non operientur (ait) pallio saccino prophetae illi ut mentiātur, sed discooperto capite, sicut adultera mulieris caput lex sacra iubet denudari, discooperto (inquā) capite illorū, id est subla-ta ciuitate et templo siue loco, qui erat ornatus eorū, et pro quo pauore simulando sese operuerūt: dicit ille qui cōfixus fuit, quicq; postq; confixus fuerit dicere et loqui poterit, quare surget a mortuis. Non sum propheta, homo agricola ego sum. Hoc nimirū insulatabundus dicere potest, quoniam ipse est sapientia qui loquitur in parabolis. Ego quoq; in interitu uestro ridebo, et subsannabo, cū uobis qd timebatis aduenerit. Itaq; hoc sensu grauissime dictum nō sum ppheta, homo agricola ego sum, quoniam Adā exemplū meū ab adolescentia mea, subauditur a stimatiōe uestra, quia sic uolulistis, sic dixistis falsū. Scrutare scripturas et uide, quia propheta à Galilaea nō surget. Item, Quomō hic literas scit, cū nō didicerit? Et nōne hic est filius fabri? Dicat ergo: Non sum propheta, homo agricola, siue qd eodem respectu dicere potest, homo faber ego sum, quoniam Adam exemplū meū .i. homo peccator ego sum sicut Adā ab adolē-

Confusio prophetarū matorum.

Iohan. ij.

Operi pallio saccino hypocritae.

Cur de resurrectione Christi hic tacuit propheta.

Iohan. 20.

Iohan. 16.

Num. 7.

Christi insulatio contra Iudaeos.

Iohan. 7.

Ibidem.

Mar. 13.

ab adolescentia mea, id est, ex quo discretionē boni & mali habet natura humana, & itidem talis ego sum arbitrato uestro, quia dixistis quodā loco: Da gloriā deo. Nos scimus quia hic homo peccator est. Veruntamen quicquid uos dixistis, nūc paret utrū propheta à Galilæa surgere potuerit, saltē ex eo quod dixi de uobis: & cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes, & ita factū. Nunc (inquā) paret, utrū ego tanq̄ homo agricola, aut faber lteras scire non debuerim, cū contra tot prophetas, tot sapientes fecerim & miserim ad uos, & nunc paret utrū ego peccator fuerim, secundū exemplū Adam, cū uos talem ac tantam propter iustū sanguinem meū receperitis uindictā. Hic ironia grauissima est, id est sententia, per pronuntiationē contrariū habens intellectu, aut etiam *traquor uobis*, id est, hostilis irrisio, iuxta illud sapientiæ, quod iam supra memoratū est. Ego quoq; in interitu uestro ridebo, & illud in psalmo. Qui habitat in cœlis irridebit eos. ¶ Alias autē & reuera simpliciter, si cut litera sonat, intelligi cōgrue potest. Si enim Iohannes requisitus à dicentibus, propheta est uentura nunciare, nō etiā demonstrare, Quanto magis iste qui nō quomodocunq; plus q̄ propheta, sed & prophetarū dominus est, & uentura nō solum nunciavit aut demonstrauit, uerum etiā quæ nunciavit siue prædixit, ipse effecit, Et homo agricola ipse est. Nimirū agricola talis ac tantus, cuius ager sit mundus? Nam qui seminat (inquit) bonū semen est filius hominis, ager autē est mundus. Bonū uero semen, hi sunt filij regni. Ergo non solū propheta inquit, uerū homo agricola ego sum, id est, tātō maior propheta, Ergo non solū propheta inquit, quāto maior agricola, & melior semine est, quod ipse seminauit. ¶ Et uere, qm̄ Adam exemplū meū, nimirū, quē admodū Apostolus, cū dixisset: Regnauit mors ab Adam usq; ad Moysen, etiā in eos qui non peccauerunt in similitudinē præuagationis Adæ, protinus addidit, qui est forma futuri, & exponēs quid dixerit. Si enim (inquit) unius delicto multi mortui sunt, & cætera usq; sicut enim per inobediētiam unius hominis peccatores cōstituti multi, ita per unius obediētiam iusti constituentur multi. Igitur non sum propheta (inquit) sed ego sum homo, qui deus eram, & sum homo, atq; homo factus, & prophetas & omne bonū semen, id est, omnes filios regni, tanq̄ agricola in agro mūdi huius seminavi, & seminare non desino, usq; ad cōsummationē seculi, quoniā Adā exemplū meū, uidelicet in eo quod sicut propter peccatū eius, terra carnis, nō filios regni, sed spinas & tribulos germinauit e: ita propter iustitiā meā, terra spūs sancti de qua scriptū est: spūs tuus bonus deducet me in terrā repositā, nō spinas & tribulos, sed filios regni germinet mihi. In hoc est Adā exemplū meum, ab adolescentia mea, id est, à natura humana, ex qua uel in qua factus sum uisibilis, & uisibiliter laborās agricola, cuius tota spiritualis est agricultura. ¶ Hæc (inquit) dicit cū fixus fuerit, cū mortuus fuerit & resurrexerit, & dicetur ei: Quid sunt plagæ istæ in medio manuū tuarū? Quid putas, & quō hoc, & à quo uel à quibus dicitur ei: Nimirū in secula seculorū sine cessatione dicitur ei, & admirādo admiratiōe ineffabili dicitur, & à deo patre, cui factus est obediēs usq; ad mortē, mortē autē crucis, dicitur ei & à sanctis angelis, qui in eū desiderant prospicere, dicitur ei & ab hominibus quos morte sua redemit, dicitur ei. Quid sunt plagæ istæ in medio manuū tuarū? O magnū miraculū, mirū spectaculū, præsertim in domino dominatore omnium, plagas habere in medio manuū suarū, & dicitur: His plagatus sum in domo eorū, qui diligebant me. O magnū sacrilegiū, sacrilegiū homicidiū, plagas huiusmodi esse in domo illatas diligentū. Non dicit, his plagatus sum, ab his qui diligebāt me, sed in domo eorū qui diligebant me. Nam qui plagas intulerūt, nō dilexerūt me, erant autē domus Abraham, Isaac, & Iacob, & David, & cæterorum taliū qui diligebant me, qui promissum sibi, expectabant me. Veruntamen hoc dicere, nō est respōdere ad hanc interrogatiōem, quid plagæ sint istæ. Aliud nāq; percunctādo dicere: quid sunt plagæ istæ, & aliud dicere: ubi factæ sunt plagæ istæ? Aliud queritur quid sint plagæ istæ. Ergo ex abundantia dicit, his plagatus sum in domo eorū, qui diligebāt me, & tūc demū dicit quid sint plagæ, dicit: calix est quē pater dedit mihi bibere. Nam quod protinus sequitur, æquipollēs est, quia uox quā subiungit, patris calicē dantis uox est. Frama suscitare super pastore meū, & super uirū coharentē mihi, dicit dominus exercitū. Percute pastore, & dispergētur oues gregis. Ac si dicat: Queritis quid sint plagæ istæ, & ego dico uobis, quæ testimonia sunt obediētiae, signa uolūtatis & iustitiæ paternæ,

Iohan. 9.

Luc. 27.

Prouer. 1.  
Psal. 2.

Iohan. 1.

Quo Chrs. 29  
agricola est,  
Matth. 13

Quo Adā ex  
emplum est  
Christi.  
Roma. 5

Psal. 142.

Philip. 2  
1. Pet. 1.

Mat. 26

Plagæ in manibus, qualia signa sunt.



- Roma. 3. Dominus exercituum deus pater mihi proprio filio suo non pepercit, sed pro uobis omnibus tradidit me. Et dixit: Framea fuscitare super pastorem meum, & super uirum coherentem mihi. Quod est dicere, O mors conualece super filium meum, pastorem meum bonum, super uirum coherentem mihi, id est, in unitate personae coniunctum uerbo, quod consubstantiale mihi est. Ad hoc dictum, ac si framea quaereret dicens. Quomodo uel in quantum suscitabor super hunc pastorem tuum, ita protinus edicit. Percute pastorem, & dispergentur oves. Hinc ipse pastor dum percuteretur, ita locutus est. Omnes uos scandalum patiemini in me in ista nocte. Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis. Igitur dicentibus quid sunt plagae istae in medio manuum tuarum, congrue apponitur uox patris, dicens: Framea fuscitare super pastorem meum & super uirum coherentem mihi, percutite pastorem, & dispergentur oves gregis, ut sit sensus, Monumenta sunt paternae charitatis, signa sunt obedientiae meae, quia ille mihi proprio filio suo non pepercit, & ego factus sum obediens illi pro omnibus uobis usque ad mortem, mortem autem crucis. Sequitur. **Et conuertam manum meam ad paruulos, & erunt in omni terra partes duae, & disperdentur, & deficient, & tertia pars relinquetur in ea, & ducam tertiā partem per ignem, & ueram eos sicut uirum aurum, & probabo sicut probatur argentum.** Postquam percussus fuerit pastor, & pastore ipso uolente & dicente: Si ergo me quaeritis, sinite hos abire, dispersae fuerint oves, conuertam autem manum meam ad paruulos, id est, reuelabo paruulis sacramentum percussiois, quia percussus est pastor. Erunt quidem in omni terra praeter paruulos partes duae, una pars sapientium, & una pars prudentium, id est, una pars Iudaeorum, & una pars gentium, in sua sapientia confidentium, in sua prudentia sibi placentium. Vnde & ipse percussus pastor siue pastoris percussio Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitia erit. Duae (inquam) partes erunt, una sapientium & una prudentium eiusmodi, sed ego & a sapientibus & a prudentibus abscondam haec, & reuelabo paruulis, id est, humilibus. Quid reuelabo eis? Nimirum pastorem percussum, id est, Christum lesum crucifixum esse dei uirtutem & dei sapientiam. Disperdentur prudentes Iudaei in omnes gentes, corpore & anima captiui, deficient sapientes Graeci, contradicendo siue persequendo fatigati, & tertia pars relinquetur in ea, pars Christiana, pars paruulorum ad quos (uti dixi) conuertam manum meam. Hinc est illa confessio eiusdem pastoris. Confiteor tibi domine pater caeli & terrae, quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Equidem sapientes & prudentes iam dicti paruulos affligent, & ex eis flagellabunt, crucifigent & persequentur de ciuitate in ciuitate, nonnullos quoque ignibus exurent, sed haec omnia paruulis cooperabuntur in bonum. Etenim ego per haec quae patientur, ueram eos sicut uirum aurum, & probabo eos sicut probatur argentum. Secundum haec similitudinem argenti & auri, quod per ignem probatur, omnia haec illis in bonum cooperabuntur. Vnde apud Iob. 4. beatum Iob: Ecclesia paruulorum, siue unus aliquis eiusmodi paruulorum gaudet & dicit: Pleuro scio uiam meam, & probabit me quasi aurum, quod per ignem transit. Vestigia eius secutus est pes meus, uiam eius custodiuimus, & a mandatis eius non recessimus. **Ipse uocabit nomen meum, & ego exaudiam eum. Bona pars populus meus, & ipse dicit dominus deus meus. Et ecce uenient dies domini mei, & diuentur spolia in medio tui.** Quis ipse uocabit nomen meum, nisi paruulus, siue populus paruulorum? Uocabit nomen meum, scilicet deum & patrem domini sui Iesu Christi, patrem misericordiarum, & deum totius consolationis, nam hoc est nomen meum, & ego in hoc nomine exaudiam eum, & consolabor eum in omni tribulatione sua. Nonne magnus est quod dicam, populus meus es, & ipse dicet, dominus deus meus? Nam beata gens, cuius est dominus deus eius, populus quem elegit in hereditate sibi. Dicat ergo, populus meus es, dicam, ecce uenient dies domini mei, & diuentur spolia in medio tui, scilicet diuisiones gratiarum spiritus sancti, reuelationes mysteriorum regni dei, quae preciosa spolia utique sunt. Vnde Psalmista: **Lætabor ego super elatione uidere spolia.** Sequitur. **Et congregabo omnes gentes ad Hierusalem in praesentium, & capietur ciuitas, & uastabuntur domus, & mulieres uiolabuntur, & egredietur media pars ciuitatis in captiuitatem, & reliquum populi non auferetur ex uerbo. Et egredietur dominus, & preliabitur contra gentes illas, sicut preliatus est in die certaminis.** **Ubi dixit: & conuertam manum meam ad paruulos, & erunt in omni terra duae partes, &**

CA. XIII.

IN ZACHARI. PROP. CAP. XIII. Fō. CCXXXIII.

tertia pars relinquetur: hoc etiā locutus de duabus partibus, & disperdentur et deficient. Nūc  
quō disperdant & deficient, ita manifeste dicit, sicut factū esse uidemus oculis nostris. Nam  
aduersus Hierlm illā terrenā cōgregatæ sunt in præliū oēs gentes, scilicet Romani omniū  
gentiū principes, & capta est ciuitas, & uastatæ sunt domus, & mulieres sine dubio uiolatæ  
sunt, ut solet fieri pro libitu uictorū, & media pars ciuitatis, uidelicet, q̄ gladio sup̄suis, in ca  
ptiuitatē egressa est. Et notandū, q̄ nō dixit media pars multitudinis, sed media pars ciuitatis,  
quod longe minus fuit. Nā qui ceciderūt in ore gladii, q̄ fame perierūt intus cōclusi, mult  
to plures fuerūt, q̄ q̄ abducti sunt captiui, sed nō oēs fuerunt p̄plus ciuitatis. A totis em̄ re  
gionibus, ut refert Iosephus, ad azymorū diem festū congregati fuerāt, & bello subito cir  
cūfusi sunt. Et captiuorū quidē numerus, qui in toto bello cōprehensi sunt, nonagintaseptē  
milia collectus est, occisōq̄ uero per omne tēpus obsidionis undecies centū milia. Multitudo  
q̄ a totis regionibus conueniat ad diem festū intus cōclusa, sumptus nō habēs, quos nec  
prouidit, nec obsidionē præuidit, citius tormēto famis interius uitā finiet miserabilē: p̄plus  
aut ciuitatis diutius, quāuis in magna penuria durans, nō totus intus fame interibit, sed me  
dia pars ad manus perueniet uictoris, & egredietur in captiuitatē. Quid de reliqua parte ci  
uitatis uel populū? Nō, (inquit) auferetur ex urbe. Quare nō auferetur ex urbe? Quia uictor  
nō erit necesse. Mortua namq̄ erit gladio, fame, igni, cū cætera aduentitia multitudine.  
Hoc namq̄ modo disperdētur Iudei, qui erant pars una de partibus supradictis. Quomodo  
deficiet pars alia, scilicet Paganū? Et egredietur (ait) dñs, & præliabitur contra gentes illas,  
subauditur, in gladio oris sui, in fortitudine spūs sui, sicut præliatus est in die certaminis, id ē,  
secundū similitudinē mysticā prælii, quo Aegyptios in mare merisit. In hoc egredietur il  
lo nimirū egressū, quē Esaias præuidens: quia de Sion exhibit lex, & uerbū dñi de Hierusalē.  
Factum est, & sicut Pharaō cū curribus & equitibus suis in mare submersus est, ita gentes il  
læ, gentiumq̄ illarū principes, reges, cæsares, consules, præsides, sacerdotes templorum &  
pontifices cū idolis suis, & omni ritu phanatico defecerunt & ad nihilū redacti sunt, & ecce  
pars tertia superest, pars Christiana relicta est. Et stabunt pedes eius in die illa sup  
montes oliuaz, qui est contra Hierusalē ad orientē, & scindetur mons oliuarū ex  
media parte sui ad orientē & occidentē, prærupto grandi ualle. Et separabitur me  
diū montis ad aquilonē & mediū eius ad orientē, & fugietis ad uallē montium corū  
quonia cōiungitur uallis montiū usq̄ ad proximū, & fugietis sicut fugitis a facie  
terremotus in diebus Sigr̄ regis Iuda, & ueniet dñs deus meus, oēsq̄ sancti cum  
eo. Pedes dñi pedes speciosi, Apostoli sunt. Isti pedes (ait) stabunt super montē oliuarū,  
id est, super fidē patriarcharū & prophetarū, & in scripturis commemorabunt, & secundū au  
thoritātē loquentur scripturaz, quæ ex illo sunt. Et bene de illo monte dicit, qui est contra  
Hierlm ad orientē, quia uidelicet sancta scriptura patriarcharū & prophetarū omnino est cō  
tra illam terrenam Hierlm, & omnino intendit ad illum orientem, de quo longe superius in  
hoc eodem propheta. Ecce em̄ (inquit dominus) ego adducam seruum meū orientem. Ita  
est contra illam Hierusalem, ut interdum etiam uocet eā Sodomam siue Gomorrhā, ut  
illic: Audite uerbū domini principes Sodomorū, percipe auribus legem dei mei populus  
Gomorrhæ. Ita est ad orientē, id est, ita intendit in Christū, ut à nullo ipse cognosci, uel sen  
sus eius possit inueniri, nisi ab illo qui legendo uel audiendo respicit ad Christū: Et scindēt  
(ait) mons oliuaz ex media parte sui ad orientē & occidentē, prærupto grādi ualle. Mons oliuaz  
scissus est ex media parte sui, quia cor patrū à filijs & cor filiorū à patribus eorum recessit.  
Pars montis ad orientem, & pars ad occidentem, quia uidelicet cor patrum ad Christum &  
fidei respicit lumen, & cor filiorum ad Antichristum spectans, occiduum patitur cæcitatē.  
Rufus ait: Et separabitur medium ad aquilonem, et medium eius ad orientem. Quod sepa  
ratur ad aquilonem, idē est quod dixerat: scindi ad occidentem, sed propterea repetijt, ut de  
reliquis, quæ conuertentur, quando plenitudo gentium subintrauerit, inferret: et medium  
eius ad orientem. Inter patres, quia iam dudum scissi sunt à filijs (ut iam dictum est) ad orien  
tem, et filios illos, qui tandem credendo separantur ad orientem, ualde grande est præru  
ptum, grande interuallū, nimirum subintrantium grandem capiens gentiū multitudinem.  
Hic sensus ueritas Apostolica consonat, cum dicit: Aliqui ex ramis fracti sunt, tu autē cū  
oleaster

Media ps cis  
uitatis abiit  
i captiuitatē.

Iose. de bello  
Iu. li. 7. ca. 25.

Esa. 2.

Pedes dñi, as  
postoli sunt.

Supra. 3

Esa. 7.

Mons oliuaz  
rum scissus.

Roma. 11.

Ibidem.

In tenebris  
suis amant.

2. Para. 26

Psal. 4

Act. 7.

Psal. 34.

Esa. 64.

1. Cor. 2.

2. Corin. 4

Aqua uiuæ.

Duplex resur-

rectio.

Ioh. 7

Mat. 19

Ibid. 24

Psal. 109

oleaster es, insertus es in illis, & socius pinguedinis oliuæ factus es. Et fugietis (ait) ad uallē montiū eorum, quoniā coniungetur uallis montiū usq; ad proximū. Hodie uidemus, quia fugiunt Iudæi altitudinem montium, ubi ueritatis lumen est, & retrudunt se in uallē quæ sub montibus est, tenebras suas amantes, faciē solis, quæ in montibus patet, odientes, uidere nō sustinentes, fugietis ait, qm̄ coniungetur uallis montiū usq; ad proximū, id est, qm̄ niam gentes uos supergredientes, locū uestrū supplebunt, & non erit uacū præruptum, at q; ita & anterior mons patrū, & posterior pars filioꝝ insertis gentibus in medium, fiet unus mons oliuæ, unus pplus sanctorū. Et uos interim quomō fugietis? Sicut fugistis (ait) a facie terræ motus in diebus Ozia regis Iuda, idem significatū est illo terræ motu, q; factus est in diebus Ozia regis Iuda, quo ille illicitū sibi sacerdotiū uendicare conatus est, in fronte percussus est lepra. Ergo uos o Iudæi leprosi estis, quia secundū hanc assimilationē pro cōscientia leprosa frontis, uos ad uallē fugitis. Iā amplius sacerdotiū uestrū nō erit. In domo separata habitabitis secundū similitudinem (ut iam dictū est) Ozia regis; & sacerdotium eorum est & erit, quos fugitis omnes frontes inclytæ & lucidæ, iuxta illud: Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Et ueniet (inquit) dominus deus meus, omnesq; sancti cum eo. Et erit in die illa, non erit lux, sed frigus & gelu, & erit dies vna quæ nota est dño deo, non dies neq; nox. Hic est finis cunctoꝝ. Sic ueniet (inquit) dñs deus meus, quē admodū uiderunt eū euntē in cœlū, & impijs fugientibus quidē, sed effugere non ualentib; omnes sancti uenient cū eo, non erubescētes, leprā in fronte non habentes, & iccirco apertione frontis cū lætitia cordis occurrentes, assistētes, circūsedentes. Et erit in die illa uobis o fugaces, istud quod dico eueniet, Non erit lux, sed frigus & gelu. Quomō autē tūc efugietis qui nunc fugitis, si non erit lux, sed frigus & gelu? Quale est fugere in gelu & frigore, & sine luce? Igitur fiet uobis, sicut & in psalmo spūs iusto iudicio cōcedens dicit: Fiat uia illorum tenebræ & lubricū, & angelus domini persequens eos. Ecōtra, sanctis lux æterna, dies indeficiens erit. Hoc est qd̄ cōtinuo dicit, Et erit dies una quæ nota est dño deo. Quis eim̄ alius illam diē nouit, nisi dñs deus? Oculis non uidit, auris nō audiuit, & in cor hominis non ascendit, quale diem sanctis suis pparauerit. Et quid dico diem? Non dies (inquit) neq; nox erit. Quod est dicere: Cū dico diem, uulgariter nomen hoc examinat aliquis, sed secūdū sensum illius nō dies neq; nox erit, id est, nō ortus neq; occasus solis erit. Sed quid? Et tū tēpore uespere erit lux. Id est, post oia secula seculoz, quantacūq; nūerari uel exiitū mari possunt, lux erit, & lux expectabitur indeficiens. Et erit in die illa, erunt aque uiuæ de Hierusalē, medium earū ad mare orientale, & medium earū ad mare nouissimum. In estate & in hyeme erunt, & erit domin⁹ rex sup oēm terrā. Credimus propter qd̄ et loqmur, qd̄ dies ista dies est resurrectionis, quā dicit proloquens & repetēs, & erit in die illa, & protenditur dies ista à custodia matutina dñicæ resurrectionis usq; in resurrectionē oñē uniuersalem & ultra; Exibunt (ait) aquæ uiuæ de Hierlm̄. Qua de Hierlm̄? Nimirum Hierlm̄ cœlesti, Hierlm̄ ciuitate dei uiuentis, ubi est uisio beata trinitatis. Inde (inqt) aquæ uiuæ exibunt, aquæ (inquā) uiuæ, i. aquæ resurrectionis mortuorum. At illa uidelicet resurrectio mortuorū gemina est. Est resurrectio animarum, resurrectio prima, quæ est remissio peccatorum, est & resurrectio corporū, resurrectio secunda, qua procedent ad uocem filij dei, omnes qui in monumentis sunt. Bene ergo aquas uiuas diuisit mediū iniquiens earū ad mare orientale, qd̄ iā factū est, qd̄ est baptisma in remissionē peccatorū, & hæc est resurrectio animarum; & mediū earū ad mare nouissimū, quod in capite quidē, i. in Christo, iā factum est, sed in corpore. i. in nobis, in nouissimo die fiet, quod est regeneratio omnī, iuxta illud: In regeneratione cū sederit filius hoīs & c. & hæc est resurrectio corporū, remuneratio tam animarum, q̄ corporum. Istæ aquæ uiuæ in estate (inquit) & in hyeme erūt, uidelicet, in estate, quæ nūc est, quādo operari & fugere licet, erūt in resurrectionē animarum, in hyeme autē, scilicet in nouissimo iudicio, quādo nec operari nec fugere licebit, erunt in resurrectionē corporū, in remunerationem sanctis tam animarum q̄ corporum. Et tunc erit domin⁹ id est, tunc apparebit, quod sit dominus & non alius rex super omnē terrā: completo qd̄ dixit illi pater dñs: sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellum pedū tuorum. Et in die illa erit domin⁹ vn⁹, & erit nomen eius vnum, Et reuertetur omnis terra, & uique

usq; ad desertū de colle Remmon ad austrū Hierl'm, & exaltabitur & habitabit in loco suo, a porta Benjamin usq; ad locū portę prioris, usq; ad portā angulorū, & a turre Ananhel, usq; ad torcularia regis, & habitabunt in ea, & anathema non erit amplius, sed sedebit Hierusalē secūra. I. Erīt (inquit) in die illa dñs unus, ac si dicat: Nūc qdē sunt multi, q; dicant dñi, q; dicant dñi. Sed sicut in psalmo scriptū est: Perijt memoria eorū cū sonitu, & dñs in æternū pmanet, ita & hic dico, qā in die illa erit dñs unus, & explosis deorū, & dñorū nobis, erit & pmanebit unū & solū nomē eius. Et reuertet ois terra usq; ad desertū. Hęc litera ois ferē usq; ad finē uoluminis, talis est sine dubio ex industria spūs sancti, ut pueri allucere possit ad fauorē sui, totiusq; uoluminis prophetici, scilicet pplm Iudaicū sensu suuuerili, qui talia libenter audit, & sic intelligit quod Messias, quādo in Hierusalē aurea atq; gemmata sederit, regnaturus, cuncta auferet idola, nec erit diuinitatis cultura diuersa, sed erit dñs unus, & reuertetur ois terra usq; ad desertū. i. ad antiquū statū, & quod secundū locorū hęc uocabula, Hierl'm ædificanda sit, de colle Remmon ad austrū &c. Sciens quippe quales & quantas in hoc uolumine cōgesserit margaritas, claudendā thecā, signandūq; utilitē arbitratu est sacculū, ne porci maligni non solū conculcarent eas, uerū etiā cōuerit, prophetā ipsum eliderent, qd sine dubio factū fuisse, ita, ut nec scripturę ipsę ad nos peruenirent. Nihil utilius dicere possumus, q̄ intentionē istam sciendā esse in his & in cæteris quę postmodū sequuntur, quę huiusmodi sunt: & oēs qui reliqui fuerint de uniuersis gentibus quę uenerunt cōtra Hierl'm, ascendent ab anno in annū, ut adorent regem dominū exercitū, & celebrent festiuitatē tabernaculorū, &c. Veruntamen ista seductio talis pueri nō fallit, sed sensum cōtinent ueritatis, quē cognoscere deceat uirū, qui euacuauit ea quę sunt paruili. Nā omnis terra, id est, omnis ecclesia, omnis ordo ecclesiasticus, qui nūc locis diuersis, & linguis dissonis disparatur. Omnis (inquā) usq; ad desertū, id est, usq; ad eos q; in ecclesia magis cōtēptibiles sunt, minusq; spiritualiū uident habere donorū, reuertet de colle Remmon, quod interpretatur excelsum, ad austrum Hierl'm, id est, de altitudine fidei, & propter ipsam fidē pueniet ad plenā supnæ uisionis claritatē, ut sit una ciuitas oim, & sicut iā dictū ē, unus dñs omniū, & exaltabitur, & habitabit in loco suo, id est, in regno sibi ab origine mundi præparato, a porta Benjamin, usq; ad locū portę prioris, quod idem esse uidetur, ac si dictū sine mundi usq; ad originē mundi. Nā porta Benjamin, quod interpretatur filius dextere, recte intelligitur illa uocatio, qua dicitur his q; a dextris erunt. Venite benedicti patris mei, percipite regnū, quod uobis paratū est a constitutione mundi, & porta prior ipsa cōstitutionis mundi, scilicet benedictio, qua creatis hominibus primis, crescite (ait) & multiplicamini. Nā extunc usq; ad iā dictā uocationē, qua uocabuntur a dextris constituti, colliguntur omnes, quorū de reuersione hic sermo est. Exaltabitur etiā usq; ad portā angulorū, id est, usq; ad effectū promissionis, & spei patriarcharū, ad quos post maledictionem, quę subintroiuit per peccatū, factū est promissionis uerbū de semine benedictionis, quę propalabitur in illa porta Benjamin, dicendos: Venite benedicti. Exaltabitur etiā, et habitabit a turre Ananhel usq; ad torcularia regis. Ananhel interpretat gratissimus dei. Et quis est gratissimus dei, ut filius dilectus deo patri? Et quis rex, nisi ille idē gratissimus dei? Porro turris huius gratissimi, turris ædificata cū propugnaculis, ex qua mille clypei pendent, ois armatura fortū, sancta scriptura est. Torcularia uero regis eiuldē, passiones eius fuerūt. Exaltabit ergo (ait) et habitabit Hierl'm a turre Ananhel, usq; ad torcularia regis, id est, gloriabitur tam in his qui sanctarū uirtute scripturarū instructi & armati, destruere potuerunt omnem ferocitatem extollentē se aduersus sciētiam dei, q̄ in illis, qui proficientes usq; ad illam dilectionem qua maiorem nemo habet, ut animā suam ponat quis pro amicis suis, non subterfugerūt tradere corpora sua propter fidem Christi. Et habitabunt (inquit) in ea, & anathema non erit amplius, sed sedebit Hierl'm secūra. Hoc est quod & in Apocalypsi legimus. Ecce tabernaculū dei cū hoibus & habitabit cū eis, & ipsi pplus eius erūt, & ipse dñs cū eis erit eorum deus. Et absterget deus omnē lachrymam ab oculis eorū, & mors ultra nō erit, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit ultra, quę prima abierūt. Hęc oia hic anathematis uocabulo cōprehēdit, dicēdo: & anathema non erit amplius. **Et hec erit plaga qua percutiet dñs oēs gentes, quę pugnaverunt aduersus Hierusalē. Tabetet caro uniuersiusque stantis**

Pfal. 9

Sensus pueris  
his Iudeorum  
de Messia.

Cur mysteria  
textit ppheta  
Mat. 7.

Sensus mysti  
cus.

Porta Benta  
min.  
Mat. 25  
Gene. 1.

Porta angulorū.

Ananhel.

Cant. 4.

z. Cor. 10.  
Iohan. 15.

Apo. 21.

stantis super pedes suos, & oculi eius tabescent in foraminibus suis & lingua eorum  
 tabescent in ore suo. Nunquid hæc erit tota plaga? Nunquid nõ in presenti quoque seculo nõ  
 nulli persecutores, qui afflixerunt ecclesiã dñi, talia receperunt? Legamus ecclesiasticas histor  
 rias, quid Valerianus, quid Decius, quid Diocletianus, quid Maximianus, quid fauissimus Ma  
 ximinus, & apostata Iulianus passi sunt, & tunc rebus probabimus, etiã iuxta literã prophe  
 tiaẽ ueritatẽ esse cõpletã, quod putruerunt carnes eorum, & oculi cõtabuerunt & lingua in pe  
 dorẽ faniẽq; dissoluta sit. Nunquid oblitus est id quod omnibus notũ est, quod cruciabantur igne  
 & sulphure, in cõspectu angelorum sanctorum, & ante conspectũ agni, & fumus tormentorum  
 eorum ascendet in secula seculorum, uel sicut ipsemet ore suo loquitur, dñs: Ibunt in supplicium  
 æternum, ibunt in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Ergo secundum  
 tropum, qui dicitur τὰ πύρα, id est, humilitas magnæ rei, non id assequente sermone  
 quod intendit, hic locutus est, non tam statum rei magnæ dicitis in firmans, quam magnitudi  
 nem eius quẽ uerbis nõ posse consequi, significans. In die illa erit tumultus domi  
 ni magnus in eis, & apprehendet uir manum proximi sui, & conferetur manus  
 eius super manum proximi sui. Sed & Judas pugnabit aduersus Hierusalem, &  
 congregabuntur diuitie omnium gentium in circuitu, aurũ, & argentum, & uestes  
 multæ satis, & sic erit ruina equi, & muli, & cameli, & asini, & omnium iumentorum, quę  
 fuerunt in castris illis, sicut ruina hæc. Et omnes qui reliqui fuerint de uniuersis  
 gentibus, quę uenerint contra Hierusalem, ascendent ab anno in annum, ut ad  
 rent regẽ dominum exercituum, & celebrent festiuitatẽ tabernaculorum. Et erit qui  
 non ascenderit de filiis terre in Hierusalẽ, ut adorent regẽ dominum exercituum,  
 non erit super eos imber. Quod si & familia Aegypti non ascenderit, & non uenerit,  
 nec super eos erit. Sed erit ruina, qua percutiet dominus omnes gentes, quę  
 non ascenderunt ad celebrandã festiuitatẽ tabernaculorum. Hoc erit peccatũ Aegy  
 pti, & hoc peccatum omnium gentium, quę non ascenderunt ad celebrandã festiuita  
 tatem tabernaculorum. In die illa erit, quod super frenum est equi, sanctum domino,  
 & erunt lebetes in domo domini, quasi phiale coram altare, & omnis lebes in Hie  
 rusalem, & in aula sanctificatus domino exercituum. Et uenient omnes immolan  
 tes, & sument ex eis, & coquent in eis, & non erit ultra mercator in domo domini ex  
 ercitus in die illo. Ultima hæc recapitulatio breuis quo tendat, iam ante dictum est.

Apoca. 14

Mat. 25  
 Tapinosis.

Dani. 12.

Esa. 8

Esa. 65.

umultus dñi.  
 Psalm. 79.

A. & z

Ad claudendũ tendit, & ad ligandũ totius prophetiæ sacramentũ, ut nõ intelligeretur usq;  
 ad tẽpus statutũ, sicut & Danieli p̄cipiebatur: Tu autẽ Daniel claudẽ sermões, & signa librũ  
 usq; ad tẽpus statutũ, pertransibũr plurimi, & multiplex erit scientia, & sicut Esaiã diceba  
 tur. Liga testimoniũ, signa legẽ in discipulis meis. Et tota quidẽ prophetia clausa est, nec ni  
 si in ipso Christo reuelatur, sed capitulũ hoc etiã clausurã ligamentũ est, nec tamẽ suspicari  
 posset paruulus inuidus, id est, Iudaicus pplus, quod in prophetis aliquid boni gẽtibus det  
 cerneretur, aut quod carnalibus cæremonijs finis esset aliquãdo ponẽdus. Fuenit illis quon  
 dã permissus carnalis et puerilis sensus, nũc autẽ in Christo euacuatus, inexcusabilis est error  
 ita ut de isto ueraciter dicas, puer centũ annorũ maledictus erit, siue morietur. Nã quãdã dicitur  
 In die illa erit tumultus dñi magnus, & apprehendet uir manũ proximi sui, & cõseret manũ  
 eius sup manũ proximi sui, sed & Judas pugnabit aduersus Hierusalẽ, & cõgregabunt  
 omniũ gentiũ diuitiæ in circuitu, aurũ, & argentũ, & uestes multæ satis: iã factũ est, nõ quom  
 modo illi sperauerunt & sperãt, auariciã insatiabilẽ spirantes, aureamq; & gemmatã in uery  
 ris Hierusalẽ expectantes, sed quõ spũ sanctũ fecisse decet, cuius ois ciuitas nõ terrena, sed  
 celestis est, cuius ois pugna nõ contra hoies, sed cõtra hominũ uitiã est. Tumultus ergo do  
 mini magnus ille est, de quo Psalmista: Cõmouisti (inquit) dñe terrã, & conturbasti eã, scilicet  
 licet per p̄dicatores tuos, nos terrenos cõmouens ad p̄nitentiã: Et apprehendit uir manũ  
 proximi sui, & cõserta est manus eius super manũ proximi sui, scilicet taliter, ut dicerent sa  
 lubriter contriti, tã Gentiles q̄ Iudæi, imò plures Gentiles q̄ Iudæi: quod faciemus uiri fratres  
 & responderetur eis: p̄nitentiã agite, & baptizetur unusquisq; uestũ in nomine dñi Iesu  
 Christi. Non solũ in hoc tumultus fuit, in quo bonũ erat tumultuari, & ad p̄nitentiã con  
 turbari, & quasi manibus consertis querere & dare consiliũ salutis, sed et in hoc quod la  
 das, id est

IN ZACHAR. PROPHE. CA. XIII Fo. CXXXV

das. i. Iudæus siue Iudæi<sup>o</sup> p<sup>o</sup>plis, nō qdē solus sed prim<sup>o</sup> pugnavit aduersus Hierl<sup>m</sup>, aduersus  
 eūzēlicā fidē & ecclesiā in cēlis cōuersari, & ad uisionē pacis puenire cupiētē. Nō in q̄ sol<sup>o</sup>  
 sed primus pugnavit Iudæus: deinde etiā paganus. Sed quō puenit: Cōgregatē sunt diuitie  
 omniū in circuitu, aurū & argentū & uestes multæ satis. Aurū & argentū & uestes multas  
 satis habebat Iudæus. i. adoptionē filiorū, & gloriā & testamenta, & legislationē & osequiū,  
 & promissa. Itē aurū ingenij, argentū nitidi eloquij, artiū studiorūq; utiliū uestes multas pa-  
 ganus habebat. Omnes istæ diuitiæ ad Hierl<sup>m</sup>, i. ad Christi ecclesiā cōgregatæ sunt. Præterea  
 materiale aurū & materiale argentū & uestes manufactæ oim gentiū, iure ad istā Hierl<sup>m</sup> cō-  
 gregatæ sunt: quia mortuis regibus uel principibus impijs, successerūt reges uel p<sup>o</sup>ncipes pijs  
 quos ista Hierusalē, qm̄ sua spūalia seminauit, eorū carnalia nō indigne messuit. Illi q̄ pugna-  
 uerūt aduersus eā ubi sunt: Perijt memoria eorū cū sonitu. Quæ cura de illis? Sic in q̄t erit ru-  
 ina equi & muli, & cameli & asini, & oim iumentorū, q̄ fuerūt in castris illis sicut ruina hæc.  
 Ac si dicat: Nō magis curat deus de ruina illorū q̄ de ruina equorū & mulorū, q̄bus sedentes  
 & equitates aduersus Hierl<sup>m</sup> pugnauerūt, siue de ruina camelorū & asinorū, oimq; iumentorū  
 quæ illorū cibaria post illos circūtulerūt. Et recte: Nā in uita sua cōparati sunt iumentis insipi-  
 entibus, & si les facti sunt illis. Quō & illud iam factū est uel fit, qd̄ dicit: Et oēs q̄ reliqui fue-  
 rint de uniuersis gētib; quæ uenerint cōtra Hierl<sup>m</sup>, ascendet ab anno in annū, ut adorēt re-  
 gem dñm exercitū, & celebrēt festiuitatē tabernaculorū. Leuemus oculos nostros per uniu-  
 uersum orbē terrarū, & nūceremus si possumus tabernacula dñi uirtutū, i. ecclesias siue Basili-  
 cas martyrum sanctorūq; oim. Nōne cōsecratōes earū recolētes ab anno in annū celebramus fe-  
 stiuitatē tabernaculorū, gratias agentes dño propter nostrū de Aegypto huius seculi exitū?  
 Egredius quōdā Irahelis de Aegypto per uastā & terribilē ac latā solitudinē, in qua nō erat  
 domus, uilla, oppidū, specus, faciebat sibi tabernacula atq; tentoria, quæ nunc à similitudine  
 paruulæ auis Papilionis uocant. Iustumq; est, ut in mense septimo, in quintadecima die mē-  
 sis fieret tabernaculorū solennitas, ut beneficiorū dei om̄i tpe recordarent, cum cœpissent ha-  
 bitare in urbibus. Nos qm̄ & quō exierimus, quali de Aegypto, q̄bus de tenebris exierimus  
 nō in cognitā habemus, & illū exitū in cōsecratōibus ecclesiarū myticiis sacramētis significa-  
 tū, ab anno in annū celebramus ascendētes in Hierusalē, i. mente contēplantes illā beatā pa-  
 triā & ciuitatē cœlestē, cuius in istis tabernaculis exiguā quidē, sed sanctā & cōsolatoriā tes-  
 nemus imaginē. Et erit in q̄t q̄ nō ascenderit de filijs terris in Hierusalē, ut adoret regē dñm  
 exercitū, nō erit sup eos imber. Imber cœlestis doctrina, scia dei est. Hinc est illud: Crescat  
 ut pluuia doctrina mea, fluat ut ros eloquiū meū. Quasi imber sup herbā, & quasi stillæ sup  
 gramina. Magna igitur pœna, magnū detrimentū is q̄ non ascendit ad festiuitatē huius ta-  
 bernaculorū, quia nō est sup eos imber, quia uerbū dñi nō audiūt. Nec semel hanc pœnā de-  
 prōpisse cōtentus, denuo ac tertio repetit hoc ipsum. Qd̄ si & familia Aegypti nō ascende-  
 rit, & nō uenerit, nec sup eos erit, subauditur imber, sed erit ruina qua pcutiet dñs oēs gētes  
 q̄ nō ascēderint ad celebrādā festiuitatē tabernaculorū. Hæc scda repetitio, plus habet q̄ pri-  
 ma dicitio. Nam ibi tantū dixit: Non erit sup eos imber, hic autē cū dixisset: Nec sup eos erit,  
 primus addidit, sed erit ruina qua pcutiet dñs om̄es gentes. Et est sensus: Inter paganos alie-  
 nos à uerbo dei reputabunt hæretici, qui in Hierusalē, i. in catholicā ecclesiā nolunt ascen-  
 dere, ut audiāt uerbum dei secundū regulā fidei, quos hic intelligimus per familiā Aegypti.  
 Quam ob causam: Videlicet quia templum aliqñ fuit in terra Aegypti factū ad similitudinē  
 templi quod erat in Hierosolymis, quod fecit Pontifex Onias, putans se implere uaticij  
 nūi Eſaiæ dicitis: Et erit altare domini in medio terræ Aegypti. Temporibus Machabæorū  
 fecit Onias illud templū, & cū eo infinita examina Iudæorū in Aegypto cōfederūt. Ad il-  
 los est illa scriptura secūdi libri Machabæorū: Fratrib; q̄ sunt per Aegyptū Iudæis salutē,  
 dicunt fratres q̄ sunt Hierosolymis Iudæi, & q̄ in regione Iudææ, & pacē bonā, hoc maxime  
 intendens solum esse legitimū templū qd̄ erat in Hierosolymis, & illud esset cōtra legem qd̄  
 habebant in terra Aegypti. Quāmdiu stetit uel stare debuit templū illud in Hierosolymis  
 tam diu, q̄ recesserunt ab illo, templū aliud tenentes in terra Aegypti, recte dicti sunt familia  
 Aegypti, & nihilominus secundum similitudinē illoꝝ hæretici qui se sciderunt ab ecclesia  
 catholica, recte dicuntur familia Aegypti, & reputantur inter gentes, dicendo: nec sup eos  
 erit im-

Hier<sup>m</sup> eccle-  
sia Christi

Rom. 9

1. Corin. 9  
Psal. 9

Psal. 48

Festiuitas ta-  
bernaculorū  
apud Christi-  
anos.

Leuit. 23  
Deut. 16

Imber doctri-  
na cœlestis  
Deut. 32

Hæretici ins-  
ter paganos  
reputabuntur  
Videlosephū  
de antiqui. li.  
13. cap. 4.  
Eſa. 19  
2. Mach. 1

Hæretici dis-  
cuntur fami-  
lia Aegypti

erit imber, sed ruina qua percutiet dñs omnes gentes: Tertia repetitione amplius adhuc facit dicendo sic: Hoc erit peccatum Aegypti, & hoc peccatum omnium gentium, quæ nō ascen- derint ad celebrandā festiuitatē tabernaculoꝝ. Hoc em̄ est dicere: Ignorantiā dei habentes, ex eo quod non erit super eos imber, erunt inexcusabiles. Quare nō erit super eos imber: Ni- miꝫ quia non ascendent ad celebrandā festiuitatē tabernaculoꝝ. i. idcirco nō habebunt scie- tiam dei: quia non acquiescent ire, ubi prædicatur dei uerbum. Ergo inexcusabiles erunt, p- pter hoc peccatum suū, non quia nō intellexerunt: sed quia intelligere noluerunt. Conuinc- centur noluisse intelligere, per hoc quod noluerunt illuc ascendere, quod noluerunt festiui- tatem sanctam celebrare, quæ festiuitas est scripturas sc̄as libet̄ legere uel audire, & p̄ amo- re illarū à seruilibus seculi operibus aliquando uacare. Igitur super quem non erit imber non excusabitur, sed qui ignorat ignorabitur.

Quod super frenum est equi dño. Vbi celebranda est eiusmodi festiuitas tabernaculoꝝ, oportet celebratores & festiuos illos siue tabernaculoꝝ ædituos habere uictum & uestitū. Vnde habebunt: Non ferunt neq; metunt, sed semper in festiuitate occupati sunt, ad eruditionem & meditationem sanctarū scripturarū dispositi sunt. Ad hæc (inquam) satis habebunt: Inquirentes autem domini non minuentur omni bono. Vnde hoc: Quod super frenum est equi, sanctum erit domino. Hoc est dicere: Diues fidelis, quod sibi superabundat offeret domino. Equi frenum significat omne necessarium. Quid enim inter cuncta equi ephippia, id est, stramenta magis uel tam necessa- rium q̄ frenum? Ergo quod super frenum est equi, sanctum erit domino id est, quod super ne- cessitatem abundabit sibi, diues fidelis offeret dño. Non frenum, sed quod super frenum est equi, id est, non illud quo carere non potest uir fidelis: sed quod sibi superabundat, docebitur offerre domino. Hinc Apostolus: Si enim uoluntas prompta est: sc̄m id quod habet ac- cepta est, non secundum quod non habet. Non enim ut alijs sit remissio: uobis autem tribu- latio: sed ex æqualitate in hoc præsentī tempore uestra abundantia illorū in opiam suppleat, ut & illorū abundantia uestræ sit inopiæ supplementum, ut fiat æqualitas. Itaq; quoniam fre- num equi sui dare non poterit, sine tribulatione sua, cōtenus erit dominus illo tantillo quod super frenum est, ut sibi sanctificetur, id est, quoniam durū erit homini expoliari se rebus ne- cessarijs, tantum ea quæ superabundant quæret, ut sibi offerantur, & hæc proficient prædis- tam festiuitatē tabernaculoꝝ celebrantibus. i. religiosam & spirituales uitam ducentibus.

Pal. 33

2. Cor. 2

Erunt lebetes, quasi Phialæ.

¶ Et erunt (ait) lebetes in domo domini, quasi phialæ coram altari. Quicquid super frenum est equi (sicut iam dictum est) id est, omnis superabundantia, quæ sanctificat uel offertur dño, à diuitibus huius seculi, recte lebetum nomine significatur, quia uidelicet in lebete carnes co- quuntur & carnalia sunt, quæcunq; domino ab huiusmodi offeruntur. Porro per phialas quibus non carnes coquunt, sed uinum funditur, spiritualia significatur. Igitur erunt, inquit, le- betes in domo domini, quasi phialæ coram altari. i. carnalia quæcunq; offeruntur Domino in usum seruentium sibi, sic erunt sacra, ut uasa altaris, siue quæcunq; res spiritualis ministræ- rij, ita ut æque de carnalibus sicut de spiritualibus ecclesiæ rebus quicq; defraudare siue depra- uare sacrilegium sit. Hoc itidem magis ac magis confirmat, dicendo sic: Et erit omnis lebes in Hierusalem, & in Iuda sanctificatus domino exercituum. Quod est dicere: Omne quod car- nale oblatum erit dño exercituum in Hierusalem & in Iuda, i. in illis qui spirituales uitæ dis- cent, ira erit sanctificatum ut non dicat quisq; aliquid suum esse, sed sint omnia cōmunia. Vnde de adhuc subditur: Et uenient omnes immolantes, & sument ex eis, & coquent in eis. Quod est dicere: Et uenient omnes seculo renuntiantes, & semetipsos dño offerentes, & sument ex eis quæ oblata sunt domino à diuitibus, quibus (ut iam dictum est) superabundauit, & in ui- ctu & in uestitu utentur eis, diuidenturq; singulis prout opus erit. Et non erit ultra mercator in domo domini exercituum in die illo. Nomine mercatoris grauiter denotandum se esse no- uerit à spiritu sancto, quisquis in domo domini, i. in proposito spirituali proprium quid possi- dere præsumpserit, & delectari huic uitio nequissimo. Non erit, id est, esse non debet ultra talis mercator in domo domini exercituum, ne forte pœnam quam Ananias & Sapphira in corpore pertulerunt, ipse in anima patiatur.

Actu. 4

Mercator in domo domini

Actu. 5